UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Ivre Sistendi, Et Manvvm Iniectione, Qvam Vvlgo Arrestationem Vocant, Svccincta Explicatio

Peck, Pierre

Antverpiæ, 1589

Auctor ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63495

Visual Library

Auctor ad Lectorem.

Hæc ſunt pie Lector, quæ de Arreſtis *&* Iure ſiſtendi, *dilucidè ac ſuccinctè ſcribenda exiſtimaui. Meminiſſe te velim, me & hominem eſſe, & vnum hominem, nec omnia vel amplius per me aſſequi, quàm ab homine mediocris ingenij atque inſtitutionis. Itaque ſi quid inueneris in hoc opere, quod animi tui expectationi non ſatis reſpondeat, exiſtimabis non eſſe hoc laboris vicium, ſed tenebrarum humanæ mentis. Dicam cum Lactantio, Quod ſi vita optanda eſt ſapienti, profectò nullam aliã ob cauſam viuere optarim, quàm vt aliquid efficiam, quod vita dignum ſit, & quod vtilitatem legentibus, ſi non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiæ riuus eſt, ad iuuandum tamen proximum, & viuendum adferat; quod eſt maximè neceſſarium. Gloria, honor, decus, poteſtas & imperium Deo in ſecula ſeculorum. Amen.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN